

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

Ψ, PS

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

sexagesimaquarta Olympiade in certamē descendit, & fabulas edidit centum & quinquaginta. Vicit tredecim. Hic secundum quosdam laruas & scenā inchoauit.

CHORILVS Samius. Quidam Iasen fem, alij uerò Halicarnassensem tradunt, qui fuerit temporibus Panyasidis, & Perficis, Olympiade septuagesimaquinta. Adolescentem Samij cuiusdam fuisse seruum, hominē formosissimum, Samoq; profugum: Herodoto historico assidentem, eloquentiam adamasse: cui & in delictis eum fuisse tradunt. Sed poeticam amplexū esse, & obijisse in Macedonia, apud Archelaum regem. Scripsit hæc: Atheniensem uictoriam, contra Xerxem, pro cuius poematis singulis uersibus. accepisse aureum staterem fertur: decreto facto, ut cū uersibus Homeri recitarentur. Lamiaca, & alia quædam poemata illius extant.

scripta.

Verè aurea carmina.

χοιρίον μυσσηλακῶν.) In Cereris initijs porcus sacrificabatur. ea enim bestia illi deæ sacra est.

ἀκροκορινθία εἰκοὸς χοιροπωλῆσι.) Vide ris in Acrocorintho porcos uenditura esse: id est, fore meretrix Corinthi, ubi pudenda muliebria porci appellantur. Misceto nos amicitia haustu.

χύτραν ἑρέθειν.) Ollam alere. In tectis ollas collocabant, ne accederent noctua.

χύτρας ἰδρυτέον.) Aristophanes: Quid aliud, nisi ut pacem ollis sanciamus? Aras enim dedicaturi, aut simulacra Dei alicuius, legumina elixa pro primitiis offerebant dedicatis, ob memoriā grati animi de primo uictu. Aristophanes in Danais: Testor Iouis Hercei ollas, cū quibus ara dedicata est olim. Interdū etiā sumptuosiore hostia dedicabant. Mercuriales uerò statuas pro foribus & alia sigilla dedicantes, quo expeditior esset erectio, ollas polentē adhibebāt. Cōquesti, magni sumptus esse, alijs uictimis eam dedicarūt. Illi nube infesta belli profligata, pacē amplexi sūt, eāq; sanciuerūt uictima immolata.

χύτριδος.) Chytrinda ludus est. Sedet aliquis in medio: reliqui circumcursantes eum feriunt, donec aliquem attigerit, qui pro ipso sedeat.

χύτροπυς.) Salustius ingrediēs & exiēs uidebat ollas immaculatas, & fumi expertes, tanquā in foro uanum expositas. Maximī autem id faciebat, si longo tempore uictu ignis experte uterentur.

χύτροι.) Festū Athenis, qd' eodē die quo Choes agebat, in quo omnis generis semina in olla elixa, Baccho & Mercurio of

ferebant. Theopōpus autē dicit, conseruatos ē diluuiō coxisse omnis generis semina in olla: unde sic uocari festū, & libasse congios Mercurio terrestri: de olla uerò nunq; gustasse. Hoc autē eos fecisse, qui euaserint, Mercurij placandi causa, pro defunctis etiā. Id autē festum celebratur mēse Anthesterione, ut tradit Philochorus.

χύτροι, Chytri, urbs Cypri.

INITIVM LITERAE Ψ. P. S.

PSAMMETICHVS, Aegyptiorum rex, Azotū urbē obsedit, donec expugnauit, q̄ urbs obsidionē diutissimē omnium urbium, quas nos scimus, tolerauit: ψαμμακροσιογάρρα.) Confecta uox est ab arenis, centurijs & Gargaris, Psamma cosiogargara.

PSANTHEOPHANICHVS, dictus est à Pharaone Iosephus: hoc est, occultorum inuentor.

ψάει.) Tanquam animatam Deiatē nequaquam attingat.

ψαφάρων.) Appianus: Hānibal, dux Carthaginensium, Pyreneis montibus superatis, in Celticā transiit, quæ Gallia nunc dicitur: per eamq; itinere facto, ad Alpes uenit: easq; quāuis præruptas, audacissimē cōscendit per magnas ærumnas. Ac syluas quidem succidit & cremauit, flammā autem & cineres aqua & aceto extinxit: itaque mollitas rupes atq; friabiles factas, ferreis malleis fregit, & peruias fecit.

ψαγσά.) Placentæ, farina oleo & uino imbuta: quas adolebant dijs.

ψεκας.) Dicitur de ijs qui sputo abundant. Sic Antimachus poeta cognominatus est Psecas, id est pluuiā, quod inter colloquendum sputo familiares aspergeret. Etiam Olympicus quidam sic dicitus est.

ψυδρατραφάξυος πλέα.) Plena grandium mēdaciōrum. ἀπράφαξυος, atriplex, genus holeris est, quod citō grandescit.

ψυδρατραφός δικη, ἢ ψυδρατραφός.) Si quis aliquē in ede Mineræ pro erario inscripisset, aut plus quā ille deberet, inscripisset: dabat in eum actio falsę inscriptionis. βελδσεως δικη, Insidiarum uerò actio dabat ijs, qui cū olim debuisset, res alienā dissoluerant. ψυδρατραφός eodē pertinet, cū quis se falso testimonio oppressum, dānam, atq; in ærarios relatū esse contendit.

ψυδρατραφός.) Aristophanes: Si quā in pugna quapiā in humerū cecidissent: abstergebāt sese, ne cecidisse uiderent. Id luctuæ genus pseudoptoma, quasi falsum lapsum dicas, appellat. Sentētia est: Maiores nostri, etsi alicubi uicti essent, cladē tamen illam

illam refarciebant, uictoresque superabant, ut ijs nihil ex priore uictoria commodi accederet.

ψδδόπρα.) Strategema est, cū noctu multa pyræ accenduntur ad percellendos hostes.

ψεῦδος.) Mendacium est, humana felicitas. Dauid: Ego dixi in raptu meo, Omnis homo mendax.

ψδδέντα.) Deceptum ab impostore, non oportere desistere pugna. Nam illi & consilia & rationes uariæ suppetebāt, quò bellum conficeret.

ψεῦσον.) Sophocles: Ne frustrare nos, ò Iupiter, spe concepta.

ψηφολόγοι.) Calculorū lectores, id est, impostores, qui celeritate transferendi calculos fallunt.

Calculi nigri, alibi.

ψηφος.) Non suppetent uires, etiamsi tu septies decreueris. Senes enim subinde decernebant, quid agendū esset, quid non? Niger calculus condemnabat, albus absoluebat. Nō desinetis facere decreta, donec uos aliquis pedibus correptos, præcipites deiecerit.

ψηχει & πέτραν ὁ πολὺς χρόνος, ἔδῃ σιδήρεῃ
Φείδεται: ἀλλὰ μὴ πάντ' ὀλέκει δρεπάνη.

Cominuit & petrā longū tēpus, neg, ferro
Parcit: sed una omnia perdit falce.

ψιθυρίζει.) Veneris susurrantis ædes, atq; Cupidinis: & ψιθυρίζῃ ἕρμῃ, Mercurij susurrantis, quas primus cōdidit, Zopyro autore, Theseus, posteaquam Phædra Hippolytum per calumniam apud ipsum detulerat. Alij humaniorem causam afferunt, quòd homines ibi conuenientes, arcana sua exponerent, & inter se quæ uellent susurrarent.

ψιλός.) Psilus, id est nuda uel uelutum acies est ignauissima, q̄ opponitur exercitui nudorū atq; inermium: ortoq; tumultu, illa primū cæditur.

ὄμοι καθοδαίμων ψιλὸς αὐ̄ στρατεύομαι.) Heu me infelicem, denuò nudus militabo. Romani huiusmodi milites Auxilia uocant, ob expeditum usum, & opis ferendæ celeritatem.

ψιλοί.) Nudi, non armati, qui pugna tēpore quouis aut lapide aut ligno, aut alio telo utuntur: aut sagittarij, quòd armatura tenui utuntur. Tragicus: Adeo te nudus, non habens unde uiuam.

ψιλωθρον.) Psilothrum, medicamentū quo pili euelluntur.

PSITTACVS.) Aues quæ consimilem humanę linguam habent, & genarū formam, humanum sermonem imitari

possunt: ueluti psittaci, picæ, & similes.

PSITTALIA, insulula circa Athenas. ψία.) In lumbis siti sunt renes, quibus appetitiones cieri solent. Dauid: Lumbi mei impleri sunt ludibrijs.

ψολοκομπεία. Fulminum alia dicuntur catabata, à descensu: alia psolocentes, ab ardore, quæ tactu statim perdunt: alia argeres, candida, siue brutā.

Fulminā.

ψοφοδεής.) Psophodees, ita timidus, ut ad quemuis strepitum expauescat.

ψόφος.) Strepitus seu sonus, alius est facultate, alius actu: ac alia strepere possunt, alia non. Ac quæ strepere possunt, solida sunt, & læuia, in quibus est strepitus facultate, cum agunt, quatenus sunt strepitu prædita. Nam habilitas ad strependum, est strepitus facultate. Cum uerò & potest, & agit, est strepitus actu. Est autē strepitus, ictus aeris, qui certo modo fit. Ut enim fiat strepitus, opus est collisione duorum solidorū & leuium corporum, subito inter sese contactu. In his enim qui comprehenditur aer, subito elisus, strepitum ciet. Neq; enim mollia corpora strepitū faciunt, ueluti spongia aut lana: neq; etiā dura, placidè & paulatim collisa. aer enim prius per partes ueluti frangitur. Itaq; uehemēs durorū corporum concursus requiritur, ut multus interiectus aer cōprehēdatur, qui inclusus & subito expulsus efficit strepitum. Ictus enim eius exitū anteuertens excludit, & simul (ἐκπυρρίλιζει) elidit. Mollia uerò nō strepunt, eò quòd nō possunt aerē excludere inclusum. Per meatus enim (rara enim sunt mollia) cōminutus exit. Maxime etiā læuore opus est ferietibus, quò strepitus maior fiat, eò quòd plus aeris cōprehensum subito eliditur. In ijs uerò quæ læuia nō sunt, cōminuitur in cavitatibus, quæ plures sūt, nec subito exit. De

Sonus.

(περὶ ἡχῆς) sono alia plura dicit, q̄ prætermisimus. Strepēs autē, aut resonās est, qd̄ pōt unū & continuū aerē cōseruare, usq; ad auditū. Est autē cognat⁹ & insertus aer cavitatibus aurī, iuxta ipsam meningē.

ψόφος πλήρης.) Strepitu plenus, id est turbulentus seu tumultuosus. De Aeschylō loquitur. Verba em̄ eius magnā quidē speciem habēt: sed si p̄pius intuearis, nihil rei subest. Propterea eū dicit ἀζύωτον, id est cōfusum, p̄turbatū, & ineptē cōponentē, iactabundū: p̄cipitiōrū factorē, q̄ magna uerba faciat: & obstrepiloquum, & igniruptū. πύραγμα enim dicuntur fictilia: quæ dum igni torrentur, rumpuntur.

Aeschyli diō.
Eio.

ψωλὸν γνέσται δὲ σὲ μέγχι τῷ μύρρινε.) Cutis tibi detrahēda est usq; ad (caput) pudenda. Prouerbiū extat apud Aristophanem in Equitibus, dictū de ijs qui multū cutis amiserunt (ὅτι τῷ μέγχι πολλῆ διεσκυμένων.) Aegyptij ψωλοὶ dicuntur, excoriati, id est, circūcisi. μολγὸν γνέσται σὲ δὲ, Mulgere te oportet: id est, depeculari arariū.

ψωμί(ετα.) Aristophanes: ὅτι σωμαὶ γὰρ αὐτὸν οἷς ψωμί(ετα), Noui quib. rebus inescetur. Pasces nos pane lachrymarum.

ψωμοκόλακες.) Psomocolaces, parasiti, qui ob unctam quadram adulantur.

PSYLLI, gens Libya.

ψύλλα.) Aristophanes.

Rogabat modò Cherephontem Socrates, Pullex quot suos pedes saliret?

Traditū autē est, pulicem 6 pedes habere.

* ψύρα τῷ Διόνυσον ἄγοντες.) In Psyrā Bacchum agentes. Apud Cratinū extat prouerbiū. Psyra uerò uilis insula est, & parua, iuxta Chium, quæ uinū ferre nequit. Usurpamus itaq; prouerbiū, de ijs qui in cōuiuio nō potant, itēq; de rebus uiliō.

Manium euocatio.

ψυχῶν γωγῆ.) Aristophanes: apud Scia podes lacus est, ubi Manes elicit Socrates. In Manibus eliciēdis, præstigijs quibusdā utūtur aduersus mortuos. Cū em̄ ad ea loca peruenerūt, unde duci possūt animæ, quas desiderāt ij quib. illis opus est, eò ueniunt, ubi mortui sunt ij, quorū Manes eliciunt: nec euestigiò inueniūt locū, sed ad hūc modū indagāt. Nigrum arietē adhibēt, eūq; uel altero eius cornu, uel anterioribus pedib. cōprehensib., erectū posteriorib. circumducūt. Is uerò placidē admodū ducentē seqtur. Vbi uerò puentū est eū in locū, in quo ille uel illa sita est: ibi se aries ultò p̄sternit. Quo facto, illo remoto & occultato, uarijs sacrificijs & incāramētis adhibitis obambulant & circumeunt illas, & audiūt loquētes, & causas propter quas irati sint, sciscitantur. Etiam * Antoninus imperator elicit Manes patris sui * Cōmodi.

Aries monstrator loci.

ψυχή.) Anima, seu animus, spiritus intelligens. Partes animi aut species sunt tres: Ratiocinās, Animosa, Appetēs. Necessariò igit̄ & triplex uitę ratio fuit, quarū quælibet tres illas habuit, sed ad unā imperantē uniuersa sese cōformauit. Ac prima quidē rationem secuta est ducē, cuiusmodi uita & Respublica sub Saturno fuit. Alia, quæ iracūdia inflammata, in bella & pugnas ruit, principat̄ & glorię cupiditate æstuās: cuiusmodi sūt narrationes historiarum. Alia, quæ appetitū

Triplex uita ratio.

Vita ratio nis.

Vita Manosa.

regit̄, luxu & delicijs diffluēs, corrupta, abiecto & effœminato animo, ignauia dedita, in luto uoluptatum porci instar uolutata, auara, seruilis, nihil præclarum, nihil ingenuum suscipiens, infirma & beluina, gula & inguine perpetuò metiens felicitatem, non animo prædita generoso, corporis instar resoluti & eneruati uino in loco iacēs, neq; se amplius mouere potest. * Ac multo abiectiorem agebat uitā ijs hominibus qui nunc gignuntur, atq; in terris degunt. Plato, brutorū animam in suis Dialogis mortalem esse confessus est. Animæ uniuersæ affectiōnes, utriusq; partis sunt, & nō animę propriæ: eodemq; modo * intellectio, quæ uiuendi causa est animātib. infima & extrema pars animæ. τὴν γὰρ φουρικὴν οὐρανίαν, facultatē em̄ siue gignentē, siue producentē, siue crescentē & alentē, quæ est in stirpibus, uiuēdi causam facit Aristot. Nihil em̄ hūius expers uiuere potest. Ea itaq; uiuūt, q̄ uel sola illa sunt p̄dita, stirpes inquā: unā autē essentiā esse uult animę, è diuersis cōpositā essentijs, & unitā.

ψυχὴς ἀνθρώπου.) Animalis homo. Ex animo & corpore cōstat homo. Cū igit̄ agit aliqd quod Deo pbatur, spiritualis dicit̄, & nō ab anima nominatur, sed ab alio maiore honore: ea scilicet actiōe q̄ est à spiritu. Neq; enim sufficit anima ad perfectū officiū, nisi spiritus auxiliū asciuerit. Vt autē carnalis homo dicit̄, q̄ carni seruit: sic animalē uocat Apostolus, eū q̄ humanis rationib. res cōmittit, & spiritus efficaciam nō admittit. Cū ea uirtute uiuimus, spirituales dicimur: cū uerò impingimus, & uilis naturæ impulsu contrariū aliqd agimus, terrā nos appellat. Et propheta: Percutiet, inqt, terrā sermōe oris sui. nō de terra loquens, sed de peccatis. & alio loco: Fuit oīs terra labiū unum: de peccatis loquens. & Abrahamus sese extenuās, dicit: Ego uerò terra sum, & cinis. & iterū: In uita ei⁹, in nihilū redierūt interiora eius. de uētre loquens. Animæ eorū q̄ uiolēta morte pereūt, nō sūt demones, secundū uulgare opinionē, sed peccantiū: nō quòd eorū essentia mutetur, sed q̄ uolūtas eorū, improbitatē illorū imitat̄. Hoc & Christ⁹ dicebat Iudæijs: Vos (ē patre) patris uestri diaboli estis.

ψυχομαχῶντες.) Polybius: Romani animosē pugnantes, annos ferē 15, re mātigerenda prorsus abstinerunt. Secutus etiam deinceps conatus, magna ex parte de uita certamen fuit.

ΔΕΥ.